

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

De Qvibvsdam Regvlis Intellectvs

Marpvrgi: Ex Officina Mvlleriana, [1750]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn879347090>

Druck Freier  Zugang



390

a. B.
48. B. 8.

Fa-1092 (5.)

II.

DE
QVIBVS DAM
REGVLIS INTELLECTVS

AVSPICE DEO T. O. M.
ET

SERENISSIMO AC CELSISS. PRINCIPE ET DOMINO
DOMINO

F R I D E R I C O
HASSIARVM LANDGRAVIO RELIQVA
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO

P R A E S I D E
IO. RVDOLPHO ANTONIO PIDERIT
SS. THEOL. LIC. PHIL. D. ET PROF. PHIL. PRACT. ORD.
P. T. ORD. SVI DECANO.

AD DIEM XI. FEBRVAR. M D C C L.
H. L. Q. S.

DISPV TABIT
LEOPOLD CHRISTIAN REHM.
PFIEFFA - HASSVS.

MARPVRGI,
EX OFFICINA MÜLLERIANA.

DE

REGIUS INTELLIGENTIAS
GAVISADVM

MATRICAE DEDICATAM
ET
SELENISSIMO AC CESSAR. PARVICITE ET DOMINO
DOMINO
ERALDE RYACO
HASPIA RUM SANCTGRAVIO
RECTORE ACADEMIA MAGNIFICENTISSIMO

IO. RUDOLPHO ANTONIO PREDRI
TYPIS ET TABLOPSIS PETRI FRIESENBERGII
EX TYPIS ET TABLOPSI
J. H. W. VON FRICKE

PARVACONTRIBUTIO
IN RYACO

EX LIBRIS M. M. MULLERIANA



DE
QVIBVS DAM REGVLIS INTELLECTVS.

§. I.

Anima humanae cogitandi vis, tractu temporis ad ea quidem determinatur, quae sensum externum non ingrediuntur, et ex qua huius vis modificatione exoriuntur *cognitiones abstractae*, in quibus rerum superiorum a sensualibus separatae existunt imagines; interim, docente experientia, non fit, ut ad rerum superiorum ideas perueniamus, nisi sensu antea anima perciperet varia, a quibus a superiora progreditur: ut haecce in *Psychologicis* notissima sunt.

§. II.

Et sub hac hypothesi vera est regula: *Nihil esse in intellectu, nisi quod certa ratione fuit in sensu.*

§. III.

Itaque anima a sensualibus progreditur ad minus sensibilia, in specie abstracta. Cum autem comprobante experientia, ab eis, quae immediate a sensualibus abstracta, ulterius progredi possit anima ad magis superiora, hinc etiam variae abstractarum idearum dantur species, et varii abstractionis gradus. Quaedam enim anima immediate a sensualibus abstracta, ad quaedam autem non nisi ope aliarum abstractarum peruenit.

* E. g. Idea *Maris* immediate abstracta ab idea *Titii* et *Sempronii* vel alterius virius solum. Ad ideam *Hominis* autem peruenio ope aliarum abstractarum, *Maris* nimis et *Foeminae*.

11.
24.
23.
22.
21.
20.
29.
19.
30.
18.
3.
32.
16.
15.
12.4.
13.

§. VI.

Fieri potest, ut eadem idea, quae respectu harum illarumque rerum, a quibus separata est, non est immediate, sed pro sua natura, uno alter ove gradu magis abstracta, aliis suppositis obiectis fiat immediate abstracta.

* E.g. Suppositis *Titio* et *Sempronio*, idea immediate abstracta est *Mas*, a qua ad ideam *boni* progreditur anima. Si autem *Titium* et *Martham* supponas: idea immediate abstracta est *Homo*, et magis superior *Animal*. Ita *Ens* naturaliter est idea maxime superior. Quodsi autem eandem a *Spiritus cuiusdam individui* et *Corporis* itidem *individui* idea abstracteris, maxime inferior respectu horum obiectorum erit.

§. V.

Si ea, quae (§. 3. et 4.) dicta sunt, inter se contuleris, deprehendes:

- 1) Ideas immediate abstractas non unius esse naturae, sed alteram altera esse superiorem:
- 2) Gradatim autem animam procedere, si a maxime similibus et quae uno tantum charactere differunt, ideas abstractas:
- 3) Quamcunque ideam superiorem eodem modo, uti quaecunque inferior, immediate abstracti et itaque in imaginibus sensualibus exhiberi posse.

§. VI.

Fieri potest, ut cum alio ideas abstractas communicare velis. Patet autem, quod hac ratione, si in aliis cognitionem rerum vniuersalem excitare intendis, non nisi ope inferiorum et quidem per gradus comode adscendatur (§ 5.). Difficiliter igitur alteri haec vniuersalis cognitio implantatur, nisi gradum cognitionis, quo alter actu utitur, determinare, et pro gradu huius cognitionis ad ea obiecta descendere potes-

REGVLAE INTELLECTVS.

poteris, a quibus in praesentiarum idea alias per multos gradus peruestigabilis, immediate abstrahenda est. Non igitur mirum videri potest, quod cognitio rerum vniuersalis, in se facillima, atque animae humanae maxime conueniens, tot homines, propria eorum culpa terreat, et tot difficultatibus circumsepta videatur; id quod aliter fieri nequit, quando, nullo ordinis veritatum habito respectu, et non adhibito principio rationis sufficientis, veritates comunicare cum aliis intendat quispiam.

§. VII.

Eximum hanc methodum, cuius (*s. praeced.*) mentio facta est, praestare vsum, vnuſquisque facile inueniet, qui eadem vſus fuerit. Ea enim lege, cognitionem rerum vniuersalem deprehendes simul in exemplis, quae non plus continent, quam ad explanandam notionem vniuersalem requiritur, hancque quasi solam in imaginibus individualibus delineatam inuenies; Id quod ad excitandas hominum animas, maximae et indispensabilis plane est vtilitatis.

§. VIII.

Matheſin, praecipue puram huic addiscendae metodo multa adferre commoda, conuicti sumus. Praeter alia infinita, normam practice docet, quomodo ideae in individualibus exemplis vniuersaliter delineandae sint, et quomodo ab ideis maxime abstractis ad earum facillimam in aliis efficiendam representationem descendere debeamus.

§. VIII.

Vt eiusmodi methodum, magis quam proh dolor fit, excoletur futuri veritatum doctores, praecipue in Dei Vinea operarii, merito optandum est. Ipsa cum his praeiuit exemplo suo sacra Scriptura, ita etiam

etiam haec methodus ad tractandas animas simpliciores, et euehendum easdem ad cognitionem sublimiorum, quam aptissima est. Simul in eo latet summae istius sapientiae signum atque indicium, qua Spiritus sanctus in inspirando Scripturam usus est.

§. X.

Ponatur *Syllogismus Figurae primae*, cuius medius terminus exprimit ideam, termini minoris idea inferiorem; tunc utraque praemissarum potest esse particularis.

* E. g. Quidam Homo est Mas. Atqui: Quoddam Animal est Homo. Ergo: Quoddam animal est Mas.

§. XI.

Secundae Figurae ponatur syllogismus. Contra ordinariam regulam omnes praemissae fiant adfirmatiuae, et terminus minor contineat ideam, quae superior est ea, quae in termino maiori expressa; tunc ex meritis particularibus aliquid sequitur.

* E. g. Quidam Homo est Mas. Atqui: Quoddam Animal est Mas. Ergo: Quoddam Animal est Homo.

§. XII.

In eadem *Figura* fiant omnia, vt (§. XI.) dictum est, praeter id, ut negatio nunquam referatur quata lis ad Medium terminum, cuius ratio ex natura secundae *Figurae* facile patet. Tunc, siue utramque siue alterutram praemissarum negatiuam feceris, meriae particulares bonam creabunt consequentiam.

* E. g. Quidam Non-homo est Mas. Atqui: Quoddam Animal est Mas. Ergo: Quoddam Animal est Non-homo. Seu: Quidam Homo non est Mas. Quoddam Animal est Mas. Ergo: Quoddam Animal non est Homo. Sic quoque: Quidam Homo est Mas. Atqui: Quoddam Animal non est Mas. Ergo: Quoddam Animal non est Ho-

REGVLAE INTELLECTVS. VII

Homo. Et. Quidam Homo non est Mas. Atq. Quod-dam Animal non est Mas. Ergo: Quoddam Animal non est Homo.

§. XIII.

Si in *Figura tertia atque Galenica*, quae *Quarta* est, *Terminus Minor* constituitur idea *Termini Maioris* superiore, tunc itidem *ex meris particularibus* aliquid consequitur.

* E. g. Quidam Mas est Homo. At. Quidam Mas est Animal. Ergo: Quoddam Animal est Homo. Item: Quidam Homo est Mas. Atqui: Quidam mas est Ens existens. Ergo: Quoddam Ens existens est Homo.

§. XIV.

Neque obuerti potest, quod eiusmodi argumentationes *ex accidenti verae nominari debeant*. Nam, ut raseam, quod nullus casus secundum regulas adductas positus, excipi queat, etiam ratio sufficiens ex ipsorum syllogismorum formis, adduci potest, propter quam legitime *ex meris particularibus*, allegato modo dispositis, concudatur. In omni enim *Figura*, *Terminus minor* subiectum, *Maior* vero *praedicatum* conclusionis constituit. Vbiuis itaque secundum regulas descriptas, ab idea superiori ad inferiorem concluditur, id quod per se quatenus vtramque similitudo quaedam intercedit, non impedientibus regulis Logicis, fieri potest. Cum praeterea, vi constructio-nis, *Medius Terminus* sit vtriusque *Termini tam Maioris quam Minoris character*, iisdem particulariter sumtis, certissime nulla est contradic-tio, quin ab eo quod est ideae superioris ad quaedam obiecta relatae character, particulariter ad inferiorem concludi possit.

Quae

11.

24.

23.

22.

21.

20.

29.

19.

30.

18.

3

32.

16.

15.

12. 4.

13.

VIII QVAEDAM REGVLAE INTELLECTVS.

Quae praeter alias sine dubio est ratio, quare Veteres Logici quidam, hanc regulam: *ex meris particularibus nihil sequitur*, non ausi sunt uniuersaliter sumere. Vid. SCHEIBLERVS in Tract. Log. de Syllogismis Cap. II. IX. 13. Alias regulas hanc materiam concernentes, in aliud tempus repono.

§. V.

Recte celeb. DARI EIVS in Log. §. 255. Cor. II. adserit: Regulam: *ex puris negatiis propositionibus nihil sequitur*, non vterius valere, nisi negatio propositionem negatiuam ingrediens, praecise ad copulam referatur: tunc autem medium terminum vel esse in diuersa suppositione, aut terminorum diuersorum praemissarum quendam, in alia esse suppositione in praemissis, quam in conclusione. Hac vero sub determinatione vitium consequentiae magis diuersae terminorum suppositioni, quam propositionum negationi tribuendum est. Itaque et Regula: *propositio primae figurae minor semper sit adfirmans contra omnem exceptionem non valet*. Vid. DARI. l. c. §. 263. Schol. I.

§. XVI.

Hanc posteriorem regulam determinabo: *Si propositio maior est adfirmans, minor non potest esse negans. Si maior est negans, minor potest esse negans. At minoris adfirmatio tunc quoque non implicat.*

Rationem huius regulas quilibet rem perpendens facile concipiet.



Index.

- 1.) Chriſt. Gottfr. Heſe (ſ. P. f. F. Stiebratru) Primi ductus ſyſematis Philosophia generalifimae.
- 2.) Petr. Forſchälli Dabia de Principiis Philosophiae recentioris.
- 3.) Chriſt. Aug. Crifſius de Uſu & Limitibus Principii Rationis Determinantis, vulgo ſufficientis.
- 4.) Georg. Bernh. Belfingeri Articuli generales de Axiomatis Philosophicis.
- 5.) Jo. Chriſtoph. Dickeri (f. R. A. G. Baumgarter) Exercititia demonstrandi in nonnullis Syllogismi affectionibus.
- 6.) Johann. bok. Biel de Vera & minia Simplicitate Elementorum.
- 7.) Chriſt. Henr. Staſe de Anima humana non modi generis inter ſimpliorem & compositam ſubſtantiam.
- 8.) Godofr. Plouquet de Materialismo.
- 9.) Thregott. Nic. Bagge de Vero inter Sensationem & Cogitationem diſcrimine.
- 10.) Jo. Guil. Schaubert de Idearum in anima Conſervatione.
- 11.) Jo. Rud. Ant. Piderit de Quibusdam Regulis Intellectus.
- 12.) Jo. Nolten (f. R. A. Piderit) de Abſtraktionis mentalis Conſtitutione & uſu.
- 13.) Dan. Bergmarch. (P. P. Athlwardi) de Experientia vitiis circa eam generalioribus.
- 14.) Jo. Gottl. Zornius (f. P. f. R. Reuß) de Imperio Voluntatis in Intellectum.
- 15.) Godofr. Plouquet de Natura Affectionum.
- 16.) Georg. Bernh. Belfinger de Principiis quibusdam difendi Regulis ex comparatione corporis & animi erutis.
- 17.) Chriſtoph. Zach. Habdanc Skubowius de Pugna analogorum modorum cu unicitate determinabilitates in Deo.
- 18.) Jo. Chriſtoph. Dommerich de Appromimatione Dei ad creaturas omniſtentias ejus non tollentes.
- 19.) Jo. Fried. Wittenhampf (f. P. G. Kauſelii) de Facto Turico.
- 20.) Nic. Barker de Admirabili Operum Divinorum Harmonia.
- 21.) Jo. Dan. Titius de Neceſſaria Inveſigatione finium Divinorum circa res naturales.
- 22.) Jo. Georg. Potenhauer de Eo quod in Vita piorum longa & brevi beneficium Divinum eft.
- 23.) Jo. Gottl. Buchmannus de Genimo charactere legum Divinarum profitorum universalium.
- 24.) Georg. Fried. Merzendorf (f. P. G. F. Meier) Demonſtratio: Panas Diuinis bonitate Dei non eſt contrarie.
- 25.) Otto Supp. Raſel. Herſe (pref. Eod.) de Voluptate cum Religione coniuncta.
- 26.) Gregor. Langemach de Obligatione hominis ad Religionem ex Voluptate quaerenda.
- 27.) Bonid. Grimb erg de Obligatione hominum ad quaerendam Revelationem.
- 28.) Jo. Fried. Hagen de Felicitate.
- 29.) Fried. Supp. Fenzel (f. P. G. S. Nicolai) de Submiffione mentis, vulgo Humilitate.
- 30.) Jo. Gottl. Segur de Aquitatem Naturali.
- 31.) Jo. Fried. Plett (f. P. J. C. Spangenberg) de Eo quod turis Natura et circa genos probitatis & coniunctam defensationem.
- 32.) Supp. Lam. Wagner (f. P. f. A. Hartmanni) de Officiis erga Peregrinos.
- 33.) Joh. Adolph. Hartmann de officio Cororum, qui cum Adversariis veritatem communicare volant.
- 34.) Joach. Oporini Apologia pro Uſu doctis Simplicitati contra Scaphicos adverſar Corporiorum.

(13)

§. 47.

Mediator existere potest §. 44, & existere speratur §. 46 sed, an Deus voluerit eum existere & quibus omnibus conditionibus sit Mediator, si existit, ignorat ratio (per exper.)

§. 48.

Actus, quo Deus hominibus voluntatem suam de Mediatore hominum significat dicitur *Revelatio*.

Schol. Sumimus hic revelationem objective pro rebus ipsis, quæ significantur a Deo.

§. 49.

Deus est autor hujus mundi §. 10, ergo hominis §. 7. Schergo ipsius rationis humanæ. Deus autor revelationis, si quæ existit §. 48, ergo ratio & revelatio consentient §. 13. 14. II, ergo, cum ratio doceat Mediatorem subire pœnas peccati §. 45. revelatione idem docebit; sed ex hoc unice non evincitur existentia veræ revelationis §. 47; ideo accedat id unde convincamur de origine Divina §. 48, h. e. Confirmanda erit eventu quodam supernaturali siue miraculo, omnis ut formido falsitatis exulet & ut vera fit revelatione.

§. 50.

Si existit Mediator vult Deus homines pœnis liberatum iri §. 45, hoc, si illis in hac vita proderit, cognoscant §. 43, ergo sub hac conditione necessaria est revelatione §. 48, ergo, cum probabile sit Mediatorem existere §. 46, & faltem existere possit §. 44, idem valet de illa.

Schol. Ex historiis constat, semper inter homines jactatas fuisse revelationes.

§. 51.



the scale towards document

Patch Reference numbers on UFT Scan Reference Chart T-263 Serial No. 294